



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Vitæ Sanctorum Sacris per singulos anni dies  
Meditationibvs illustratæ**

**Paderbornæ, 1697**

S. Maclovivs Episc. 15. Novemb.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62968](#)

Hyber  
o more  
l Majo  
issimus  
, & te  
voluit,  
nterim  
riginn  
cundis  
Ultimo  
glorum  
rat, ab  
rtman  
am.

ciat, cœlestia verò humilibus, non invidijs concedun-  
tur.

3. Ut livor penitus exsiccat, à fonte repetendus  
est, emanat autem ex superbia, & refrigerante chari-  
tate. Adhæc considera, quot ex invidia molestiæ?  
quot criminis? corpus exedit, mentem inquinat, fa-  
mam maculis aspergit. Infelix, bonos imitare, & bo-  
nis non invidebis, vel si non potes eos imitari, gaudie-  
saltem, & lætare, quod studeant sanctitati, & rectâ  
viâ currant ad cœlum; hâc lætitia in partem venies eo-  
rum virtutis. Bonos imitare, si potes, si non potes, colla-  
tare. Cyprianus.

## S. MACLOVIUS Episc.

15. Novemb.

*Securis ad radicem arborum posita  
est, omnis ergo arbor quæ non facit  
fructum bonum excidetur, & in  
ignem mittetur.* Matth. c. 5.

**M**iraculum an Maclovium dicam, cuius  
totâ vita prodigium fuit Festa Anastasi  
Christi dies ei natalis fuit, & eadem aliis in vi-  
cinia pueris XXXIII. qui, ne miraculum abef-  
set, omnes & singuli, cum adolevissent, unius  
cum Maclovio cœnobii religiosi effecti sunt.  
Puer adhuc ad littus cum dormiret, ne maris  
subita

subita cluyione mergeretur terra, quā jacebat, ex crescēs in insulam, sicca inter aquas se extulit. Aliam vivamq; insulam pro ara & sacrificio in Paschate usurpavit missam in ea celebrans, de quā cūm navem repetiissent, non terram sed ingentis balenæ ter gum fuisse, mergente se bellua, attoniti omnes adverterunt navigantes. A parentibus, qui ad asceterium redire gestientem, inhibitis nautis retinere volebant, ipse Servator noster, in pueri forma, adducta navi ad cœnobitas abduxit. Taceo eum illic prunas in sinu carentes innoxie gestasse, excitasse mortuum à morsu serpentis sanasse, cūm Alethæ in Britannia Episcopus esset, quod solum in sanctis mirum non est, multa est passus, sed vindice cœlo flagellati persecutores, & ipsa ingratiss terra emarcuit, fruges non datura amplissimis, nisi, monitu Angeli, post redditum suum, inique ejectus, agris bene precatus fuisset. Ita Maclovius inter adversa centum & triginta annis per vixit; tu delicate quamdiu vives?

*Ex Sigeberto.*

### M E D I T A T I O.

#### *De Otio.*

I. **O**Tium fuge tanquam originem malorum omnium, & semper vaca operibus, tux vocatiōni congruis. Si quando, expleto penso, aliquid ti-

bi supereft temporis, vel ora, vel lege pios quosdam libros. Pretiosissimum est vitæ brevioris tempus. Quid non agerent damnati, si vel minimam particulam haberent temporis, quod teris, & quo immortalem tibi coronam facile posses comparare? age, bonum operare, dum tempus habes, & tempus non erit amplius. Apoc.

2. In quo consumis ætatem tuam? nunquid sæpiissime otiosus es? Cave, Deus repetet rationem temporis, labore vacui; nunquid aliquando das operam rebus, quæ alienæ sunt à vitæ genere, quod profiteris? imò, nunquid sæpiissimè neglectis salutis occasionibus, in peccatis diem ponis? quæ est partitio temporis tui? quid tribuis Deo? quid voluptatibus? quid mundo:

3. Certam habeas temporis distributionem, An æquum est, semper corpori, animæ nunquam, semper mundo, nunquam Deo laborare? Piè & jucundè vivet, qui Deo semper, & coram Deo laboraverit, imò ejus labor erit jugis oratio. Incumbe semper in aliquid opus, ne tempus habeas tentationes Diaboli audiendi. Facito aliquid operis, ut te semper diabolus inviat occupatum. Hier.

---

## S. ALBERTVS M A G N V S.

16. Novemb.

*Regnum DEL intra vos est.*

Christus Luc. 17.

Al-